



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

II. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg bestätigen ebenfalls diese Schenkung, im Jahre 1227.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

II. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg bestätigen ebenfalls diese Schenkung, im Jahre 1227.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto Dei gratia marchiones Brandenburgenses omnibus in perpetuum. Christianitatis sue cultum memoriter ostendunt, qui ecclesiam Dei benigno affectu fouent, edificant et tuentur. Unde nouerint uniuersi, tam futuri, quam presentis homines temporis, quod nos honorum illorum donationem, quam dilecti fideles nostri, filii nobilis uiri domini Burwini circa fratres et ecclesiam hospitalis sancti Johannis baptiste in Accon pro suorum remedio peccatorum fecerunt, villam uidelicet Mirowe cum stagno ipsius ville, stagnum Dammene et riuum, qui fluit per stagnum Mirowe, desuper et inferius, perpetualiter confirmamus, et si qua alia bona etiam secundum temporum cursum et ut diuinitus ipsis fuerit irspiratum, eroganda duxerint eisdem. Ut autem hec nostra donatio racionabiliter facta ullatenus valeat immutari, presentem paginam inde conferibi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Henricus pincerna, Albertus de Niendorp, Thegenardus aduocatus de Saltwedele, Johannes, Albertus, Fridericus, Hartmannus, Bruniggus, fratres de Redekestorp, Albertus de Lypzeke, Olricus aduocatus de Arneburch et alii quam plures. Actum apud oppidum nostrum Werben. Anno gratie M^o. CC^o. XX^o. VII^o, nonas Augusti, indictione secunda.

Nach dem Original des Geh. Kab.-Archives. Vgl. Jahrbücher des Mecklenb. Vereines II, 215. 216. Ungenauere Abdrücke bei Buchholz a. a. D. 61. Lenz Br. Urk. Samml. 869.

III. Bischof Brunward von Schwerin bestätigt die Schenkung des Ortes Zechlin, welche Nicolaus, Herr von Werle, dem Kloster Doberan gemacht, und fügt seine Berechtigung auf Zehnthebungen aus dieser Besitzung dem Geschenke hinzu, im Jahre 1237.

In nomine etc. Brunwardus Dei gratia Zwerinensis episcopus Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Quum labilis hominum memoria per temporum decurrentium langvescit spacia, non inprouide humana sollercia scripturarum adinuenit remedia, per quarum solacia memorie sustentetur inopia. Cum itaque cenobium Cystercienfis Ordinis in Duberan honorifice in honorem beate Dei genitricis Marie fundatum, omni qua possumus deuotione et caritatis affectu foventes tam reddituum ampliacione, quam spiritualis sollicitudinis circumspectione, promovere summo pere desideremus; Hinc est quod tam futuris quam presentibus notum esse volumus: Quod nos dilecti filii, Nobilis Domini Nycolai de Werle, piam deuocionem collaudantes et quinquaginta mansos quos ipse in terra Turne in loco Szichalyn nuncupato circa duo stagna sitos, simul cum ipsis stagnis et rivulo ex hys decurrente, dicte ecclesie libere contulit in nostram protectionem recipientes et auctoritatis nostre munimine confirmantes, omnem decimam ex eisdem mansis prouenientem, que ad nostram spectabat iurisdictionem ad subsidium fratrum in prefato monasterio Jesu Christo militantium, ob spem retributionis eterne, liberaliter contulimus et absolute. Ut igitur nullus in posterum in detrimentum perpetue salutis hoc nostre donacionis factum ausu temerario irritare presumat, auctoritate Dei omnipotentis et nostra sub anathematis interminatione districtius prohibemus, Volentes rata et inconuulsa perhenniter hec haberi. Et ob hoc presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione